Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320824

18

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

190127

18

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

B. J. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCTOR, PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

In Academia Rheno-Trajectina,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JANUS GUILIELMUS STAATS EVERS,

ARNHEMIENSIS.

AD DIEM XXV. M. OCTOBRIS MDCCCL, HORA II.

ARNHEMIAE,

APUD IS. AN. NIJHOFF, TYPOGR.

MDCCCL.

THESES.

I.

Si rem pignori datam debitor surripuerit et vendiderit, usucapi ea potest, neque ea in creditoris potestatem reversa fuerit necesse est. Nec obstat L. ult. D. *de usuc.*

II.

Periculum rei venditae, etsi nondum traditae, perfecta emtione et venditione, pertinet ad emtorem.

III.

Cenotaphium non est locus religiosus.

IV.

In definitione ususfructus verba *salva rerum substantia* spectant modum utendi.

V.

Socius usuras a societate petere potest pecuniae quam illi credidit, inde a die quo pecunia mutuo data est.

VI.

Pater inops unum ex pluribus liberis in solidum convenire potest ad alimenta ipsi praestanda.

VII.

Praestitisset, si legislator statuisset art. 989 Cod. Civ. Bat., ut testamentum offerretur judici cantonali ibi, ubi servatur.

VIII.

Art. 824 Cod. Civ. Bat. abundare videtur.

IX.

Dispositio art. 409 Cod. Nap. praeferenda est art. 389 Cod. Civ. Bat.

X.

Cum dies literarum cambialium cadit in diem Dominicum, tamen protestatio die Martis fieri debet.

XI.

Jus, artt. 80 et 81 Cod. Merc. commissionario concessum, est *jus pignoris*.

XII.

Art. 89 Cod. Merc. ex jure Francico in nostrum codicem translatus, rationi nostrae legis parum congruit.

XIII.

Definitio art. 2. C. P., *toute tentative qui a manqué son effet*, non est justa: cum conatus effectu suo carens, non sit conatus dicendus, verum delictum consummatum (*délit manqué*).

XIV.

Conatus delinquendi leviori poena est afficiendus, quam delictum consummatum.

XV.

Art. 55 C. P. inique ejusdem criminis reos in solidum tenet propter mulctas solvendas.

XVI.

Improbanda poenae art. 304 C. P. sancitae nimia severitas.

XVII.

Poenae opinionis sive infamantes improbandae sunt.

XVIII.

Poena carceris perpetui theoriae Pennsylvanicae adversatur.

XIX.

Miles qui ad poenam operis publici, vulgo *kruiwagenstraf*, olim damnatus, dein missus denuo crimen committit, delicti repetiti poenam non incurrit.

XX.

In art. 53 libri I. C. P. Batavi novissimi (1847) participes illi (*medepligtigen*), qui fervente adhuc facto criminis auctori favent (*beveiligen*, *bedekken*, *of hem op eenige andere wijze behulpzaam zijn*), potius coauctores (*mededaders*) considerandi et eadem poena afficiendi sunt.

XXI.

Non est admittenda distinctio artt. 309 et 311 C. Poen. de poena majore aut minore ex eventu infligenda, prouti vulneratus intra 20 dies sanitati sit restitutus, nec ne.

XXII.

Testes in ipsa praevia inquisitione criminali *jurati*, delegato judici audiendi sunt. Contra art. 62 Cod. Quaest. Crim.

XXIII.

Ad praescriptionem poenarum, ex art. 7. Legis 1 m. Junii 1830 irrogatarum, requiritur duplum tempus, quod eadem lex statuit circa praescriptionem persecutionis.

XXIV.

Usus machinarum generi humano magis prodest, quam nocet.

1900652